

Curtius Rufus Alexander der Große  
( der Gordische Knoten)

Alexander **urbe in dicionem suam redacta** lovis templum **intrat**.

Vehiculum,

quo Gordium,

Midae patrem,

vectum esse constabat,

aspexit cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens. Cultu in Bezug auf die Aufsattung/haud sane – kaum/vulgatus usu-allgemein

Notabile erat iugum adstrictum compluribus nodis in se ipsos implicatis et celantibus nexus.

Incolis deinde adfirmantibus editam esse oraculo sortem,

eum Asiae potiturum esse,

qui inexplicabile vinculum solvisset,

cupido incessit animo sortis eius explendae.

Circa regem **erat** et Phrygum turba et Macedonum,

illa turba expectatione **suspensa**,

haec turba **sollicita** ex temeraria regis fiducia:

quippe series vinculorum ita **adstricta**,

ut,

unde nexus **inciperet** quoque **se conderet**,

nec ratione nec visu **perspici posset**;

**solvere adgressus iniecerat** curam ei,

ne in omen **verteretur** irritum **inceptum**.

Ille nequaquam diu **luctatus** cum latentibus nodis:

‘Nihil,’

**inquit,**

‘interest,

quomodo **solvantur,**’

gladioque ruptis omnibus loris oraculi sortem vel **elusit** vel **implevit**.

1. kolometrische Schreibweise
2. Verbbestimmungen
3. Partizipialkonstruktionen markieren...
4. unbekannte Vokabeln
5. Übersetzungsvorschlag